



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XI. De timore æternæ pœnæ contra vitia carnis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

tua, non mea : fac mecum, sicut placitum est tibi, & utile mihi.

In choro
quomodo ver-
sandum,

Si fueris cum aliis in choro, lege & canta cum eis, sicut Angelus coram Deo. Sic canta exterius, ut compungaris interius. Sic placeas hominibus, ut non displiceas Deo & sanctis Angelis eius.

Cantus
qualis
Deo gra-
tus.

Deus enim magis attendit compunctionem cordis, quam clamorem altæ vocis. Quia per humilem precem Deus placatur, per vanam gloriam offenditur. Per mœroris fletum gratia acquiritur, & virtus augetur ; per dissolutionis sonum devotio perditur, & pro omni culpa & negligentia pœna reddetur. A quibus malis divina pietas nos semper custodiat, & ad cœlestia regna perducatur.

CAP. XI. *De timore aeternæ pœnae contra vitia carnis, & superbiam mentis.*

Psal. 118.

Confige timore tuo carnes meas.

Utilis est hæc oratio contra car-

carnis vitia, & ad superbiam
mentis deprimendam.

Ista enim duo mala quotidie
hominem impugnant & vexant.
Aut enim caro illicita concupi-
scit; aut spiritus de bono super-
bit & laudem quærit. Utrumque
magnum malum, utrobique peri-
culum grave.

Cum te tentat caro misera
cito moritura, cogita æterni ig-
nis tormenta; & sic ignem con-
cupiscentiæ extingues igne ge-
hennæ, & motus majores expel-
lent minores, ut spiritus saluus
fiat per ignem.

Brevis est omnis delectatio
carnalis, fallax & vana omnis
mundi lætitia, omnis decor cor-
poris, omnis honor & gloria.

Sicut dolor capitis cogit dis-
solutum gemere & flere; sic ti-
mor mortis & ardor inferni, fa-
ciunt passionatum & tentatum à
peccatis abstinere.

2. Qui sine timore est, cito
corrumpitur in malum: & qui se non
humiliat coram Deo & Sanctis
ejus, confundetur in iudicio à
dæmonibus, & punietur durissi-
me ab eis.

Duo vi-
tia homi-
ni magis
infesta,
concupi-
scentia
carnis &
vana glo-
ria.

Contra
utramque
reme-
dium.

Fix-

Firma & vera sententia ista
stat, nec fallit : Sive homo, sive
Iacobi 4. Angelus sit, *Deus superbis resi-*
stit, *humilibus autem dat gra-*
tiam. Misericordia autem Do-
mini ab æterno, cum sanctis & e-
lectis suis usque in æternum.

Time ergo superbe iudicium
Dei in omnibus factis tuis, &
noli gloriari in vanis reputatio-
nibus tuis.

Cum feceris totum, quod po-
teris & debes, adhuc deficiis in
multis, & vix unum pro mille
reddere vales. Time virgam Dei,
time baculum, time iudicium fu-
turum. Nil transibit impunium;
nil erit in bonis irremuneratum.

Si domus tua arderet, nonne
timeres, & cito surgeres, & fuge-
res? Ecce, quid facit timor & tre-
mor, & cogitatio de pœnis fu-
turis, quæ nullis finientur tem-
poribus. Expellunt namque te-
porem, & inducunt orationis
fervorem, propter nimium infer-
ni horrorem.